



## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis  
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis  
Eivsdem In tres Tomos distinctis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

1. Vtrum omnia peccata mortalia per penitentiam auferantur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

quarto quantum ad restitutionem uirtutum .

CIRCA primum queruntur sex.

¶ Primo, Vtrum omnia peccata mortalia per penitentiam auferantur.

¶ Secundo, Vtrum possint sine penitentia tolli.

¶ Tertio, Vtrum unum possit remitti sine alio.

¶ Quarto, Vtrum penitentia auferat culpam remanente reatu.

¶ Quinto, Vtrum remaneant reliquiae peccatorum .

¶ Sexto, Vtrum auferre peccatum, sit effectus poenitentiae in quantum est uirtus, an in quantum est sacramentum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum per penitentiam omnia peccata remoueantur.

Infra q. 68. ar. 1. & 4. dist. 14. q. 2. art. 1. q. 1. & di. 16. q. 1. ar. 2. q. 1. & 7. contra c. 96. & op. 2. c. 146. Gl. interlinearis, ibi. Li. 1. in ultimo fol. lito. 4.

**A**D PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod per poenitentiam non omnia peccata remoueantur. dicit enim Apostolus Heb. 12. quod Esau non inuenit poenitentiae locum, quamquam cum lachrymis inquisisset eam. glossa id est, non inuenit locum ueniae & benedictionis per poenitentiam. & 2. Mach. 9. dicitur de Antiocho, orabat scelestus Deum, a quo non erat misericordiam consecuturus. non ergo uidetur, quod per poenitentiam omnia peccata tollantur.

¶ 2. Præ. Aug. 7. dicit in lib. de sermone domini in monte, quod tanta labes est illius peccati, scilicet cum post agnitionem Dei per gratiam Christi, oppugnat aliquis fraternitatem, & aduersus ipsam gratiam, inuidia facibus agitur, ut deprecandi humilitate subire non possit, etiam si peccatum suum mala conscientia agnoscere & annuntiare cogatur. non ergo omne peccatum potest per poenitentiam tolli.

¶ 3. Præ. Dominus dicit Matth. 12. Qui dixerit contra Spiritum sanctum uerbum, non remittetur ei neque in hoc seculo neque in futuro. non ergo omne peccatum remitti potest per poenitentiam.

**S**ED CONTRA est, quod dicitur Ezech. 18. Omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor amplius.

**R**ESPON. Dicendum, quod hoc, quod aliquod peccatum per poenitentiam tolli non possit, potest contingere dupliciter: uno modo, quia aliquis de peccato poenitere non possit: alio modo, quia poenitentia non possit delere peccatum. Primo quidem modo, non possunt per poenitentiam deleri peccata de monum, & et hominum damnatorum: quia affectus eorum sunt confirmati in malo: ita quod non potest eis displicere peccatum in quantum est culpa, sed solum displicet eis poena, quam patiuntur, ratione cuius aliquam poenitentiam, sed infructuosam habent, secundum illud Sap. 5. Poenitentiam agentes, & praerangustia spiritus gementes. unde talis poenitentia non est cum spe ueniae, sed cum desperatione. tale autem non potest esse aliquod peccatum hominis uiatoris, cuius liberum arbitrium flexibile est ad bonum & ad malum. Unde dicere, quod aliquod peccatum sit in hac uita, de quo quis poenitere non possit, erroneum est. Primo quidem, quia per hoc tolleretur libertas arbitrii. Secundo, quia per hoc derogaretur uirtuti gratiae, per quam moueri potest cor cuiuscumque peccatoris ad poenitendum, secundum illud Proverb. 21. Cor regis in manu Dei, & quocumque uoluerit, uertet illud. Quod autem secundo modo non possit per ueram poenitentiam aliquod peccatum remitti, est etiam erroneum. primo qui-

D. 151.

D. 109.

**F**dem, quia repugnat diuinae misericordiae, de qua dicitur Ioc. 2. quod benignus & misericors est, & patiens, & multae misericordiae, & praestabilis super malitia: uinceretur enim quodammodo Deus ab homine, si homo peccatum uellet deleri, quod Deus delere non uellet. Secundo, quia hoc derogaret uirtuti passionis Christi, per quam poenitentia operatur, sicut & cetera sacramenta, cum scriptum sit prima Ioan. secundo. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non solum nostris, sed etiam totius mundi. unde simpliciter dicendum est, quod omne peccatum in hac uita per poenitentiam ueram deleri potest.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, quod Esau non uere poenituit: quod patet ex hoc, quod dixit, ueniet dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum. Similiter etiam, nec Antiochus uere poenituit: dolebat enim de culpa praeterita, non propter offensam Dei, sed propter infirmitatem corporalem, quam patiebatur.

**A**D SECVDVM dicendum, quod illud uerbum Aug. sic intelligendum est, tanta est labes illius peccati, ut deprecandi humilitatem subire non possit, scilicet de facili, secundum quod dicitur illud non posse sanari, qui non potest de facili sanari: potest tamen hoc fieri per diuinam gratiam uirtutem, quae etiam interdum in profundum maris conuertit, ut dicitur in psalm. 67.

**A**D TERTIVM dicendum, quod illud uerbum, uel blasphemiam contra Spiritum sanctum est finalis impoententia, ut August. dicit in lib. de uerbis domini: quae penitus irremissibilis est: quia post finem huius uita non est remissio peccatorum. uel si intelligatur per blasphemiam Spiritus sancti peccatum, quod fit ex certa malitia, uel etiam ipsa blasphemiam Spiritus sancti, dicitur non remitti, scilicet de facili: quia tale peccatum non habet in se causam exultationis, uel quia pro tali peccato puniatur aliquis, & in hoc seculo & in futuro, ut in secunda parte oppositum est.

D. 109.

In serm. 1. 1. medio ad 6. acm. to. 20.

2. 2. q. 14. art. 1. 2. 2. j. & 4.

ARTICVLVS II.

Vtrum sine poenitentia peccatum remitti possit.

¶ Super quibus octuagesima sexta articulum secundum.

**A**D SECVDVM sic procedit. Videtur, quod sine poenitentia peccatum remitti possit: non enim est minor uirtus Dei, circa adultos quam circa pueros: sed pueris peccata dimittit sine poenitentia, ergo etiam & adultis.

¶ 2. Præ. Deus uirtutem suam sacramentis non alligauit: sed poenitentia est quoddam sacramentum, ergo uirtute diuina possunt peccata sine poenitentia dimitti.

¶ 3. Præ. Maior est misericordia Dei, quam misericordia hominis: sed homo interdum remittit offensam suam homini etiam non poenitenti. unde & ipse dominus mandat Mat. 5. Diligite inimicos uestros, benefacite his qui oderunt uos, ergo multo magis Deus dimittit offensam suam hominibus non poenitentibus.

**S**ED CONTRA est, quod

¶ In ar. 2. quæst. 86. circa illud, Offensa directe opponitur gratiae, & eius ratio est, quod poenitentiam, ex hoc enim dicitur aliquis alteri esse offensus, quod repellit eum a gratia sua, dubium occurrit, tum quia falsum est offensam directe opponi gratiae, cum offensam sit in uoluntate, gratia autem secundum Auctorem in essentia animae. non est ergo directe oppositio, siue priuatiua, siue contraria, cum utraque requirat identitatem subiecti: tum quia falsum est, quod assumitur pro ratione: nam ex parte offensis hec duo, scilicet esse offensum, & abijcere a sua gratia offendentem, nec sunt idem, nec secundum est ratio primi: sed primum est ha-

In ar. 1. cor. & q. 87. ar. 1. cor. & 4. dist. 14. q. 2. ar. 1. dist. 16. quæst. 2. q. 1.